

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Caput Septimum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

CAPUT SEPTIMUM.

Confirmat hoc Caput, tractationem hanc generalem totam in eo esse, ut tenebrae, sexto præcepto adversæ, ex animo juvenili profligantur, ne obscent luci Sapientia in universum. Quapropter superioribus dehortandi modis subjungitur Subjectio sub aspectum, quæ in rem quasi præsentem adducitur lector, ut eo efficacius abhorreat. Præmittitur iterum obtestatio; non modò arguens depravationis suæ hominem, verum exprimens simul, quomodo is debeat corruptam mentem sine intermissione ad rectius sentiendum exsuscitare: estq; ipsa hic triplex. Prima respicit antecedentia, observanda: v. 1, 2. secunda, hujus capituli impresionem; v. 3. & tertia, sensum capituli sequentium, octavi ac noni, designat. v. 4. Quibus fideliter unà comprehensis, non dubitatur de constantia. v. 5. Hypotyposis ipsa depingit, tam juvenum temeritatem, haud fugientium peccandi occasiones, quam procacitatem mulierum malarum. 6.--13. Adhibita Sermocinatio, præ se fert; illecebrarum persuasionem ita impiam, frivola, protervam atque perfidam esse, ut nihil supra. 14.--20. Post sermocinationem, parò subjicitur sub oculos eventus miserrimus, in quem servus blanditiarum trahitur. 21, 22, 23. Quocirca in promptu est conclusio, de custodia cordis; opponenda periculo ipsius æterni exitii. 24.--27.

- N**on satis, hoc iterum monuisse. en, tertia id ipsum
 Mentio imaginibus recolet! florente sub ævo
 Res tenera, & damni gravitas, me talia cogunt.
 O mea tu proles, mea spes firmanda, tuère
 Dicta mea; & tecum mea tu præcepta reconde!
 2. Custodi mandata mea; ut meliore fruaris
 Hoc & venturo seculo^d: legumque^e mearum,
 3. Tanquam oculorum, aciem. Digitis affige tenenda^f:

F 2

4. Scribe

PARALLELISMUS CAPITIS VII.

(c) II, 1. (d) IV, 4. (e) I, 8. 5. (f) III, 3. VI, 21.

4. Scribe illa in cordis tabulâ^g! Dic, nate, Sophiae:
Te, mihi luce magis dilectam, agnosco sororem!
Notitiamque boni veri^hque, vocare propinquam,
5. Assuesce, ac gaude totus! Quo triplice muro
Si circumseptus fueris, quascunque per horas;
Non te unquam capiet conjux aliena, nec ulla,
Ignotam tibi quam decet esse: utut occupet, instar
Lene fluentis aquæ, sua blandimenta bibentemⁱ.
6. Nam, ne te quidquam celem; contracta fenestraⁱ,
Intra ædes, quum me quondam spectare juberet
Proditâ cancellis; extrâ obversantia vulgò
7. Corpora prospiciens, vidi vaga^k multa: sed unum
E gnatis^l juvenem, privatum corde^m, notavi.
8. Pertransivit enim plateamⁿ, quâ visitur aptus

Angu-

(g) III, 3. (h) I, 2. d. (i) II, 16. y. (i) *conf.* i. Reg. VI, 4. ubi
Nota LUTHERI marginalis typum ostendit ejus, quod i. Corinth. II,
15. legitur. HIERONYMUS in b. l. Aptè Salomon, de fenestrâ do-
mûs sua se per cancellos prospexisse, dicit, ut parvulorum gesta dijudica-
ret. Qui enim de fenestrâ per cancellos prospicit, ipse quidem ea, quæ fo-
ris aguntur, plenè considerare sufficit; nec tamen ipsum, qui foris infrâ de-
gunt, aspiciunt. Namque hoc est, quod Apostolus ait: Spiritualis enim
judicat omnia; ipse autem à nemine judicatur. De fenestra enim
domûs meæ per cancellos prospexi: & video parvulos. Patet
juxta litteram: quia sapientium aspectus magistrorum, & infirmorum
actûs, sedulò speculatur, & fortium. Æterna Dei sapientia de cælo pro-
spexit, & videt omnes filios hominum. (k) Fatuorum, ut I, 4. g. Eccl.
IX, 17. (l) IV, 1. (m) VI, 32. x. (n) I, 20, Eccl. XII, 4.

- Angulus impuræ; tumidusque incessit iniquo
 Tramite, qui stolidum malè nota ad limina duxit.
9. Vesper erat: tempus, quo sera crepuscula lucem
 Ambiguam turbant; &, sensim invita revertens,
 Nox, servire Stygi, ac, simul indignantibus umbris^o,
 Omne malum atque malos circum occultare tegendo,
10. Occipit. Ecce autem, mulier venit obvia eunti;
 Ornamenta inhonesta^o gerens: sibi conscia fraudum^p;
11. Irrequieta, procax strepitu^q; perversa, rebellis;
 Quæque, habitare domi pedibus se posse, recusat!
12. Jamque foris, jamque illa procul per lata viarum
 Discurrit; (neque enim, consistere, passa libido)
 Insidiisque^r locum in bivio sibi conspicit omni,
13. Ut prædator Arabs. Quæ tum, quem sperat, adepta,
 Corripit actutum cupidis amplexibus, ultrò
 Oscula dans, vultumque suum obfirmata^t, profatur.
14. Sunt mihi pacificum sacra fercula: pingua vota^u,
 Quæ persolvi hodiè, præbent convivia nobis.
15. Occursare tibi volui, faciebus^x amandis
 Quærendisque^y tuis devota. repertus adesto!

F 3

16. Spon-

(o) IV, 19. (o) VI, 24. k. XXX, 20. (p) conf. II, 11. Vulg. *preparata ad capiendas animas. conf. supra 7. m.* (q) I, 21. IX, 13. (r) I, 11. x. (s) III, 18. IV, 13. XXXI, 19. (t) XXI, 29. (u) XX, 25, XXXI, 2, Eccl. V, 3, (x) XXVIII, 21. Eccl. VIII, 1. (y) I, 28, 11.

16. Sponda mihi ornata est, geniali splendida luxu ^z:
 Cælatas monstrabo trabes, aulæa ^a superba,
 Quosque suos funes Ægyptus Dædala mittit.
17. Cinnama, myrrha, aloë, jam suffimenta ^a cubili
 Mixta dedere meo: liquidis quod odoribus halans,
 Compositisque toris stratum, te invitat. adesdum!
18. Eja age, reddamus sat amoribus ^a ebria tandem
 Pectora; & æquemus nocti, in lucemque feramus
 Gaudia nostra novam: sat nunc lætemur amando!
19. Vir peregrè est; abiit longè, sua tecta relinquens:
20. Auxiliumque viæ dextrâ sibi sumsit habendum,
 Argenti ^b fascem. Subitum mox affore, tutus
 Ante diem festum, metues formidine vanâ.
21. Hâc, multâque aliâ, falsa dulcedine mentem
 Flexit ^d, & accensam porrò inflammavit: at ægrum,
 Blanda labellorum ^c sine fine incendia vibrans,
22. Perpulit ille istam sequitur celer: utque juvenis
 A ductore truci trahitur, mactandus ad aram,
 Victimâ, qui ignarus solet ire; vel, ærea si quis
 Credulus ad lusum vincla ^b accipit, inde rigorem ^g
23. Haud metuens; ita fit: donec (miserabile dictu)
- Dira

(z) *fragulis*: XXI, 22. (a) XXXI, 22. (a) XXVII, 9. (a) V, 19. (b) II, 4.
 (c) I, 5. k. (d) XVIII, 5. (e) II, 16, V, 3. VI, 24. XXVI, 28. (f) III, 25.
 (g) I, 2. c. (h) I, 17. f. ult. XII, 13. u.